IN NUPTIIS

CAESARAE REG. MAJESTATIS

FRANCISCI JOSEPHI I.

AUSTRIAE IMPERATORIS

HUNGARIAE, BOHEMIAE, LODOMIRIAE, INSUBRIAE, ET VENETIARUM REGIS

etc. etc.

ET AUGUSTISSIMAE PUELLAE

ELISAE AMALIAE EUGENIAE

A REGALI BAVARIAE SANGUINE NATAE

MATTHAEUS ALOYSIUS ZAMAGNA

A CONSILIIS VENETI REGIMINIS EMERITUS

IN OBSEQUII ET INCONCUSSAE FIDEI TESTIMONIUM

AD CAESAREOS PEDES PONIT

IDYLLIUM

Pone modum solitis, moestissima Musa, querelis.
Carmine opus laeto nunc est, dum pronuba lucet
Fax bona, post longum qua non felicior arsit.
Elisae - Amaliae jucundo murmure Nomen
Austria tota sonat, dilecti et Caesaris una.
Tu Bavaras inter pulchras pulcherrima Nymphas,
Tu vix in primo viridantis flore juventae,
Tu ingenua, et comis, regali et sanguine nata.
Ille Pater, Caesar, patriae servator, et ultor,
Austriaci Ille imperii reparator, et ordinis auctor,
Moribus informat populos, juvenilibus annis,
Legibus emendat, justi moderator et aequi,

Cui mens ad poenam pigra est, ad praemia velox:
Insuper et Regum lites componere curat,
Et, dum fata sinunt, pacis benefacta tueri.
Omnia et haec peragit, juvenili Caesar in aevo,
Inter tot casus, et tot discrimina rerum,
Quum vix quadrimi vertantur tempora regni.
Hinc Vestrum innumeras dum nuncia fama per urbes
Conjugium celebrat, laudesque, an pectore vota
Solus clausa tegam, mea munera ferre nec ausim?
Non mihi, quae donem, sunt aurea pocula, gemmae
Non sunt, nec nitido spirantia marmore signa.
Haec alii referant Vobis, ego carmina dico,
Carmina, quae gracili mihi dat modulamine avena.
Sed jam Pompa venit, Sacris modo rite peractis,
Et populorum inter plausus, fremitusque faventum
Ordine caesareas longo procedit ad aedes.
Sponsa venit, jam nupta Viro, venit omine fausto
Et Caesar pariter pulchra cum Conjuge Sponsus;
Is, quum tot curas, et tot negotia regni
Sustineat, formosa oculos in Virgine figens,
Gaudet, et eloquio dulci sua gaudia profert;
Dilecto Illa Viro dulcissima verba remittit,
Pulchra verecundo suffundens ora rubore,
Deliciasque suas gaudenti fronte revelat.
O gaudete Ambo, longos gaudete per annos!
Et si vos modo junxit hymen, prius ipsa creavit
Natura ingenio similes, et moribus isdem;
Nam fuit in votis mentem coluisse per artes

Ingenuas pariter Vobis, pariterque decoris
Informare modis animum, variasque loquelas
Assequi, et externos, patriosque ediscere mores.
At subeunt Sponsi palatia celsa. Quid ultra
Demoror? O Superi, si quid mea carmina possunt,
His, precor o, votis aures praebete benignas.
Ut rutilante micat sol inter sidera luce,
Et trahit ipse suum fulgenti lumen ab axe,
Caesaris alma domus sic luceat inclyta in orbe,
Ingenioque suo, propriisque ex moribus, atque
Splendorem egregio Majorum a stipite ducat.
Prospera Conjugibus sic Di concedite fata!
Ut viridi, dum fata sinunt, conjungitur ulmo
Vitis, et amplexu gaudet, foetuque rubenti,
Sic Vos jungat amor, thalamum et concordia servet
Mutua: Quaprimum prolem dabit illa virilem,
Quae memorabit Avos, memorabit et ore Parentes.
Prospera Conjugibus sic Di concedite fata!
O venias, formose puer, tibi brachia tendit
Sponsi augusta Parens, Sponsae Augustique Parentes:
Brachia, sancte Infans, Istri tibi tendit ab oris
Patria, et absentem quandoque a sede Parentem
Vagitu retinere tuo modo sperat in urbe.
Prospera Conjugibus sic Di concedite fata!
Vestra Pudicitiam servet domus usque, nec ulla
Improba vis valeat mores detrudere avitos.
Assideat foribus custos Moderatio, et alma
Justitia, et Pietas, et, quae supereminet illas,

Intemerata Fides, Superumque, hominumque voluptas.
Prospera Conjugibus sic Di concedite fata!
Divitias pleno diffundat Copia cornu,
Quae bene sustineant famae monumenta vetustae,
Et, veluti antiquus mos est, quoque dentur egenti;
Namque est Caesarei, Bavarique est Principis usus
Non sibi, sed miseris ditescere. Vos mihi testes,
Vos inopes, olim quos jam Domus utraque juvit,
Quum mala vis patriam, quum tempora iniqua premebant.
Prospera Conjugibus sic Di concedite fata!
Sed mea Musa loqui jam desine. Plausibus aptae
Non tibi sunt vires; laetos dabit alter honores:
Te mulcere juvat querulo modulamine curas.

Patavii A. D. MDCCCLIV.

NELLE NOZZE

DELLA I. R. AP. MAESTÀ

DI FRANCESCO GIUSEPPE I.

D'AUSTRIA

COLLA PRINCIPESSA R. DI BAVIERA

ELISA AMALIA EUGENIA

IDILLIO

DEL NOBILE SIGNOR

MATTEO LUIGI ZAMAGNA

I. R. CONSIGLIERE DI GOVERNO EMERITO

VERSIONE ITALIANA D'UN AMICO DELL'AUTORE

CANZONE LIBERA

Fine a' soliti omei,
O mestissima musa! Un lieto carme
Ora scioglier mi dèi
Che una pronuba e bella
Arde d' Imen facella,
Di cui gran tempo è assai
Non folgoràr più fortunati rai.
D' Elisa – Amalia, e il nome
Del suo diletto Cesare con liete
Voci l' Austria ripete. —
Tra le Ninfe Vindeliche più belle
Tu, bellissima Elisa;
Tu fior precoce d' immaturo Aprile;
.Tu ingenua; Tu gentile,
Germe di stirpe in regal soglio assisa!
Ei, Padre della patria,
Vindice, e scudo, e dell' austriaco Impero
Restaurator, severo

Dell' ordin capo, i popoli soggetti
Co' bei costumi informa, e colla legge
In sull' april degli anni
Librando il giusto e l' equo il mal corregge.
L' eccelsa mente tarda
Move alla pena, e al premio ha presti i vanni:
Vedi com' Ei s' affanni
De' Monarchi a compor l' aspre contese;
E, fin che a' fati consentirlo piace,
A mantener difese
L' opre fiorite in sen dell' alma Pace!
E, quadrilustre appena,
Cesare in tante suda opre famose,
Fra cotanti di cose
Strani ravvoglimenti,
In tal rumor di fortunosi eventi,
E mentre del suo regno
Hanno quattr' anni appena aggiunto il segno!
Quindi mentre la Fama
L' inclito Vostro nodo, e gl' inni a Imene
Per città innumerabili proclama,
Io solo in petto, io solo
Fia che asconda i miei voti? e i doni miei
Offrir non ardirei?
Ma gemme, o nappi d' oro
A donare io non ho, nè di spiranti
Vita nitidi marmi almo tesoro;
Rechinli a' piedi Vostri

Altri più fortunati; io carmi dono,
Carmi, che agreste avena
Modular mi consente in umil suono. —
Ma già, compiuti i sacri riti, innanzi
Veggo inceder la pompa in mezzo ai Viva,
Ed ai clamor de' popoli plaudenti!
Alla cesarea Reggia
Procede in ordin lungo. — Ecco la Sposa
All' Eroe già impalmata; e alla vezzosa
Già Cesare marito
Ecco venir con fausto augurio unito!
Ei, benchè tante cure,
E cotanti di regno affar sostenga,
Pur in sè gode, e pure,
Gli occhi figgendo nella Vergin bella,
Le esprime il gaudio suo con dolce accento.
Ricambia Ella il diletto
Con dolcissime note, e del suo petto
Gli rivela il contento
Con fronte lieta, ma del bel rossore
Tinta, cui presta il virginal pudore.
Godete Ambo! oh per lunghi anni godete!
E colla rosea rete
S' ora vi stringe Imen, fu già Natura,
Che simili d' ingegno e di costumi
Pria vi creò; che ad Ambo infuse ardente
Desio d' ornar la mente
Nell' arti ingenue; e d' informar il core

A nobiltade, a onore;
Varie a imparar favelle;
E i patrii usi e gli stranii insiem con elle.
Ma nella Reggia eccelsa
Ecco entràro gli Sposi! — A che più tardo?
Ah! s' hanno i versi miei
Qualche potere, o Dei,
Oh a questi voti dall' amore accesi
Date orecchio benigno, o Dei cortesi!
Siccome il Sol di rutilante luce
Splende fra gli astri, e trae
Dal fulgid' asse del suo lume il fondo,
Di Cesare così l' inclito sangue
Sfolgoreggi pel mondo,
E tragga i suoi splendori
Dalle proprie virtù, dal proprio ingegno,
E dal ceppo immortal de' suoi Maggiori!
Piovete, o Numi amici,
Sulla Coppia Real sorti felici!
Quale all' olmo la vite,
Finchè piace al destin, vien si marite,
E dell' amplesso e del purpureo frutto
Gode, così l' Amore
Core vi annodi a core,
E il talamo, e la fè mutua conservi!
E già prossima scorgo
Maschia prole sortir, che gl' infiniti
Merti ridir saprà paterni e aviti!

Piovete, o Numi amici,
Sulla Coppia Real sorti felici!
E oh vien, pargolo illustre!
Tendono a Te le braccia e dello Sposo
L'augusta Madre, e i Genitori augusti
Della Sposa, e le stende
Dalle sponde dell'Istro a Te la patria,
O divo Infante, e spera
Che il tuo vagito il Genitor talora
Fermi in quella città, che si l'adora!
Piovete, o Numi amici,
Sulla Coppia Real sorti felici!
L'augusta Casa invïolata serbi
La pudicizia, e nullo
Maligno empio poter a scacciar valga
Gli aurei costumi aviti!
Alle porte di miti
Sensi vegli il Governo, e la Giustizia,
E la Pietade, e quella,
Che sovra tutte eccede,
Degli uomini delizia e degli Dei,
Intemerata Fede!
Piovete, o Numi amici,
Sulla Coppia Real sorti felici!
Dal pieno corno versi
La Copia gli ori a sostener ben saldi
I monumenti dell'antica fama;
E all'uopo sien conversi

Dell' infelice, che soccorso chiama —
Chè de' Cesari l' uso,
E de' Prenci Vindelici fu sempre
Pei miseri arricchir, non per sè stessi —
Voi testimonii, oppressi
Dalla sventura, qual vi fur sostegno
L' inclite Case allor che tempi iniqui,
E rio poter premeano il patrio regno!
Piovete, o Numi amici,
Sulla Coppia Real sorti felici!
Ma taci, o Musa, omai;
Chè forze a tanti plausi atte non hai!
Fian da plettri maggiori
Resi i dovuti onori —
A te sol si conviene
Molcer con flebil suon del cor le pene.

PADOVA
Tipografia del Seminario, 1853.